

TRACTATUS
DE RESTITVTIONE
IN INTEGRVM
ABSOLVTISSIMVS,

IN QVO OMNIA QVAE IN AMPLISSIMO
Huius materię Campo tam Practicis,quàm Theoricis scitu digna
sunt & necessaria,varietate casuum, & exemplorum præstantia ad
amussim explicata ac illustrata comprehenduntur:

AUCTORE

IOANNE MAVRITIO, DOLANO, BVRGVNDIONE,
*Sacrae Caesareæ Maiestatis olim Consiliario, & à libellis Magistro, necnon ad Chri-
stianissimum Regem Legato, contextus, & in lucem editus.*

IAM VERO MENDIS INNVMERIS, QVIBVS EDITIO PRIOR
Deformata scatebat, sublatis, integritati ac nitore pristino restitutus, & SVMMA-
RIIS, vnicuique Capiti præpositis, in gratiam Studiosorum auctus.

Cum Indice rerum omnium in hoc Opere memorabilium locupletissimo:



VENETIIS, Apud Iacobum Vitalem, 1576.
Coll. Soc. I. E. S. V. Salam. ex dono Regum.

Acta Libraria

CLARISSIMO VIRO
PIETATE, VIRTUTE,
ERUDITIONE ATQ. PRUDENTIA
CONSPICVO,

D. GEORGIO TANNERO DOCTORI
L. V. peritissimo, & in inelyto Viennensi Archigymnasio
Græcarum literarum Interpreti solertissimo,
Domino suo summa fide & obser-
uantia colendo,
S. P. D.



Rauissima Platonis & habetur, & est utiq; sententia, Clarissi-
me Vir, quæ Ciceronis primum, hinc omnium Sapientium as-
sensu & approbatione facta illustrior, aperte, vereq; testatur,
q; sine iure sapientiaq;, & auctoritate Legum nulla, vel domus,
vel ciuitas, vel gens, vel hominum vniuersum genus, vel rerû
omnis natura, vel ipse deniq; mundus stare per diu possit. Nam
cum ea Legum præcipua ratio sit et vis, vt humanum genus, sua natura ferox &
indomitû, ac ad hominem libidinem & vitia propensum, imperio, autuq;, suo cohi-
beant, virtutisq; studium seridè contrà colendum, grauiusq;, prosequendû esse iu-
beant, quis sui cõpos animi poterit, aut conabitur inficias ire, quin neglectis ac re-
pudiatis ll. inspirante Numine diuino natis, & in Concilijs sapientissimorum atque
doctissimorum hominum promulgatis, omne quod vspiam genitum est pulchrum,
quod honestum, quod præclarum, quod sanctum atq; diuinum, mox sit ingenti Re-
rump. incommodo disperiturû, magnamq; malè compositis ad hunc modum huma-
nis reb. allaturû & cladem, & fœdâ ignominiosamq; sui neglectus atq; contẽptus
relicturû memoriam? Nam quo demûm pacto, quæue fronte vitam eiusmodi,
quæ, nullis vincula ll. more beluino traducitur, & ad omne facinus audendû atque
suscipiendû, leuibus agitata procellis, impellitur, cõprobabimus? qua vel commi-
seratione, vel admiratione cecitatis humanæ, quæue stupore mentis talẽ vitam, ta-
les mores reminiscendo ingemiscemus? sortemq;, deprauatæ massæ nostræ deplorabû-
mus? Cum quodam tempore mortales in agris passim bestiarû more vagarentur,
& sibi victu serino vitâ propagarent, non animi rone quidquã, sed pleraq; viri-
bus corporis administrarent: non illis certè moribus diuinæ religionis, non humani
officij rone colebatur. Nemo siquidẽ legitimas nuptias videbat: non certos quisquam
inspiciet liberos: non Ius æquabile, quid vtilitatis haberet, accipiebat, sed oës
promiscuè, nefandis simul ac infinitis elati suis cupiditatibus, in omne vitium ne-
fas, scelusq;, præcipites ferebãtur, & exuto propemodû omni humano sensu in be-
stiarum turpitudinẽ & truculentiam obbrutescebant atque degenerabant. Nã vt
ea, quæ reliquæ gentes, & prauis propudiosis imbutæ moribus, indigna memora-



DEFINITIO RESTITVTIONIS IN INTEGRVM,

Per D. Ioannem Mauricium.



SVMARIA.

- 1 **R**estitutio in integrum est in pristinum statum repositio.
- 2 Restitutio hoc reddit, quod est a læsione ablatum.
- 3 Minor in re læsus, ad ipsam rem restituendus est, si verò in actione lædatur, actionis erit habenda ratio.
- 4 Defensor iudicium acceptans, etiamsi in integrum restitutus sit, nihilominus tamen ad restitutorium iudicium iure compelli potest.
- 5 Restitutionis duplex iudicium, vnum quod vocant rescindens, alterum rescissorium, num. l. cap. 4.
- 6 Iudicium restitutionis in integrum cuiuslibet nocet possessori.
- 7 Rescissa per restitutionem vèditiõne, in qua minor tam in re vendenda, quàm in credenda possessione læsus est, noui iudicij inuentatione non est opus, ex opinione Bar soli, secus si minor in vendendo solus læsus esse dicatur.
- 8 Id potissimum attendendum, super quo imploratur restitutio in integrum.

CAPVT PRIMVM.

- 1 **R**ESTITVTIO in integrum ita solet definiri, vt sit in pristinum statum repositio: Nam restitutionem sic faciendam iubet lex, vt vnusquisque ius suum in integrum recipiat: quo fit, si in fundo vendendo circumscriptus minor reperiat, iubebit Prætor emptorem fundum cum fructibus restituere, & precium recipere quod apertè desumitur ex l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. vbi non impertinenter dicitur hoc restitutionem reddere, quod a læsione ablatum. Quare si in re læsus minor fuerit, ad rem ipsam restituatur necessum est. Quod si in actione, tunc erit actionis habenda, consideratio. l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procurat. per Bartolum in l. interdum. ff. de condit. indeb. Necnon in l. Gallus §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Speculator amplè sub titulo de restitu-

A stitu-

470 *De resti. ma. in integ. Per D. Jo. Maur.*

beat iuxta iuris cōmunis dispositionem:
& ita, vt à legis formula non disceda-
tur, à qua omnino deficeret iudex, si ta-
lem ad cessionem admitteret. Sic ma-
gis mihi accedit, vt simpliciter dicatur
esse in manu iudicis supremi, posse ex
officio & præscripto exemplo restitu-
tionem concedere, maxime vpi subes-

set tam prægnans, iusta & legitima cau-
sa: & non aliàs.

*Deo optimo, max. gloria, laus,
& gratiarum actio.*

F I N I S.

R E G I S T R V M.

* * * A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
A a B b C c D d E e F f G g.

*Omnes sunt quaterniones, præter * & G g, qui est Duernio.*



VENETIIS, Apud Iacobum Vitalem.

M D L X X V I.